

# EPIPHOREMATA

FESTÆ FAUSTÆ SOCIETATI CONNUBIALI,

quam

*cultiore literaturâ, politiore rerum politicarum scientiâ  
præstantissimus, florentissimusq;*

**Dn. ZACHARIAS BAUDE-  
MANNUS SS. LL. CANDIDATUS**

*solertissimus,*

*VIRI prudentiâ, autoritate, experientiâ clarissimi, dignitate,  
& honorum titulis amplissimi*

**Dn. ZACHARIÆ BAUDEMANNI**

*in illustri & liberâ Republicâ apud DRACOMONTANOS  
CONSULIS longè spectatissimi gravissimiq;*

**FILIUS SPONSUS**

**DIA FAVISSA clementer adspirante**

*cum*

**PATRITIA, INGENUA, PRIMARIA VIRGINE;**  
*omnium virtutum SPECULO elegantissimò*

**SUSANNA,**

*Viri amplissimi, consultissimi, spectatissimi*

**Dn. CASPARIS TEICHMANNI in inclutâ  
Wûrtenbergicò - Münsterbergicâ Civitate OLSENA CONSULIS**

*longè meritissimi, Provincialis itidem Actuarii in DIOECESI ARCTO-  
POLI - Cunstadianâ laudatissimi*

**FILIA UNICA, UNICE SOCIETATIS CARA  
SPONSA**

*A. D. novissimorum CI7 13 CXLVIII, XXVII Octob. instante  
in Metaopoli DUCATUS OLSENICI  
adornat,*

*à*

**PATRON. FAUTORIB. AMICIS cupienter cupientibus  
honoris, memoriæ, benivolentiæ ergo oblata.**

**OLLSÆ SILESIO. JOHAN. SETZFERTUS SAXO exscripsit.**

**B**AUDMANNO nubit Sponso TEICHMANNIA virgo  
Et feri duplici jure Virago cupit.  
O lepidum pulchro successu nomen & omen!  
Ædibus in Sponsi cuncta VIROSA sient!  
ZACHARIAS SPONSAM fidam, castamq; SUSANNAM  
Diligat ad mortem, non licet ulterius.  
ZACHARIAM SUSANNA suum, dulcemq; maritum  
Ex animo redamet non valet uberius.

L. M. Q. deproperab.

**JOHANNES HUBRIGIUS**  
Consiliar. Württenb. Monsterbergicus:  
& Ducatus Olsnensis Vice Cancellarius.

**Q**uis neget esse vices rerum? Quis turbine miro  
Vota hominum ferri fataq; dia neget?  
Natura docet hoc satis inviolabilis Ordo  
Quem sanè æternas constat habere vices?  
Tu mihi testis eris Baudman, Neonympe polite  
Namq; tuæ vitæ, quis neget esse Vices?  
Exactis nondum completur mensibus annus  
Cum rigidi Martis gratus Alumnus eras.

*Nunc Veneris sequeris, sequerisq; cupidinis arma,  
Omnibus ostendens rebus inesse vices!  
Saucius hinc erras quarens medicamina, donec  
Expectata Tibi Sponsa Susanna datur.  
Quæ fatale levet sociali vultus amore  
Piscinam præbens pisciculosq; VIRO,  
Corde micat Pietas, lepor ore, modestia vultu,  
Fronte nitor, virtus pectore, mente fides.  
Ædificare tuum poterit lectumq; domumq;  
Grata superveniet vita, salus, soboles.  
Sic benè Conjugium cedit, sic dante Jehovah  
Quod voveo, thalamus germine dives erit.*

Ita:

*Præstantis. & Consultissimo Viro Dn. Zacharie  
Baudemanno J. V. C. hæcenus Martis Alum-  
no, nunc castissima Virginis Susanna Teich-  
manin Cultori & Amatori Svavissimo ex utri-  
usq; cognominis allusione.*

bona quæq; precatur animitus:

*M. GEORGIUS SEIDELIUS  
Ecclesie Vratislaviensis Neopolitana  
Præpositus.*

Epigramma combinatum

&

*NUPTIIS Viri-juvenis doctissimi*

Dn:

Dn. ZACHARIÆ, Zachariæ filii, BAU-  
DEMANNI, LL. Studiosi,  
&  
*lectissima juxta ac pudicissima Virginis*

SUSANNÆ TEICHMANNIÆ  
sacrum.

Si, BAUDMANNE, tuæ velim SUSANNÆ  
Jam deducere originationem  
A radice sua \* remotiore, \* ליליום Nehem. 1. 7.  
I. confer Esr. 4. 7. 9. L. 8. v. 3.  
Possum dicere Liliū SUSANNAM,  
Sed tu ducere Liliū SUSANNAM,  
Quæ delectet amore puritatis,  
Quæ delectet honore castitatis,  
Quæ delectet odore svavitatis.  
Utrum, SPONSE, beatius putabis,  
Vel, jam dicere Liliū SUSANNAM,  
Vel, jam DUCERE Liliū SUSANNAM ?

certè hoc tuum, illud meum est. Namq;

Consulis ò Fili tibi Consulis unica nubit  
FILIA, sic vobis consuluere Patres!

A 3

Ut

Ut bene consultum sit utrisq; in amore jugatis  
Consulte unanimi spe precibusq; DEUM.

*ita animo benevolentissimo Consulam  
liberis consulit*

Christophorus Freitagius

illustris. Princip. Wurttemberg. &  
Monsterberg. à Concionibus sacris,  
Ecclesiæ Olsnensis Pastor, & Presb. in  
Ducatu Senior prim.

Conjux honesta maximum donum DEI,  
Salus mariti, vita, cordis gaudium,  
Alumna Proles, gemma fulgentissima  
Castissimi tori, Corona splendida  
Amplissimæ domusq; ; profundissimum  
Flumen Bonorum: & si quid est præstantius?  
Hoc omne præstat uxor ornatisima  
Hæc ornat omnes res in æde suaviter,  
Insignibus levat CRUCEM virtutibus,  
Cunctas opes potentis Orbis anteit

Talis SUSANNA certo erit TEICHMANNIA,

Quam

Quam BAUDEMANNUS ducit humanis-  
Ergo licet firmissime concludere: (simus.

Quæ virgines meretur ante cæteras  
Animiq; summâ corporisq; gratiâ,  
Hæc SPONSA cunctis antecellit dotibus.

Cum voto devoto omnis felicitatis,

*Ex animo & affectu benevolo,*

à

DAVIDE BOHEMO, P. Eccl.

Patr. Bernstad. aulica & opidana,  
Presbyt. Duc. Olsn. Seniore.

Zeit ist die beste Zeit zum bauen vnd zum Fischen /  
Wer die/wie oft er kan vnd sol/nicht wil erwischen/  
Läßt sein Feld vnggebaut / die Scheun' vnd Häster leer ;  
Der findet nach Martin viel Mängels vnd beschwehr  
Vnd ist ein böser Wirth. Sein Land wird öd' vnd wüste /  
Die Teiche voller Schilff/ Haarweiden vnd geniste/  
Die schwer zutilgen sein. Darumb vorliebtes Paar  
Nehmt meine warnung an vnd ewers Feldes waar/  
Legt an den Pflug die Hand/vnd last das Sech wol schneiden/  
So lang' es kan der Zugl in einem Futter leiden/  
Bracht/rühret/richt zu auff's Beth/vnd strew't den Samen ein/  
So wird auff eine Saagt das Feld bestellet sein.  
Last auch/wann das volbracht / den Teich nicht wüste liegen  
Nuch Wasser bringet Brodt vnd nicht allein das pflügen/  
Vordahret den Ständer recht vnd last ihn lauffen an  
So weit die Wasserfluch der Lham vortragen kan/

Reumbe

Keimbe wol die Flutbrunn' auß / vnd werffet mit dem Samen /  
Nach ewerer Begiehr den Hecht vnd Karpen - Samen  
Gleich mitten in den Teich. Ich weiß er wird wohl stehn  
Vnd wenn Ihr fischen wolt / dem Garn entgegen gehn.  
Folgt Ihr nu meinem Rath im fischen vnd im pflügen  
So werdet Ihr hernach ein kleines Hechlein wiegen.  
Gott gebe Glück dazu vnd segn' euch euer Landt  
Vnd ewre Fischerey durch seine milde Hand!

**Heinrich Leumas**

Leichwärtter zu Fischhausen in  
Preussen.

Am gutten ärgert sich niemant denn  
ein böses Herze.

Ad

*Virum prudentiâ & autoritate conspicuum;*

**Dn. CASPARUM TEICHMANNUM**

Reip. Oln. Consulem.

SPONSÆ parentem honoratissimum.

**G**ratulor ex animo Tibi prudentissime Consul  
De Genero, nubit cui tua Gnata, novo.  
More Columbarum vivant in amore suaves,  
Et videant Thalami pignora cara sui.  
Si bona plura volunt, Sponsi, pietatis amantes  
Sint. Pietas secum prospera quæq; vehit.

Ad

Ad Dn. Sponsum

**ZACHARIAM BAUDEMANNUM**

L. L. Candid.

*Te BAUDMANNE manet lectissima Filia nostri  
Consulis? egregium munus id esse putes.  
Non fuit illa procax Thais; Sed nomine cum re  
SUSANNAM castam vidimus atq; piam.  
Si Tu ZACHARIAS, si manserit illa SUSANNA:  
Quid vobis poterit, dic mihi obesse mali?  
Si Rosa ceu vernans gratum pietatis odorem  
Stans inter spinas Sponsa SUSANNA dabit  
Si Tu SPONSE memor Domini pia iussa sequeris;  
Quid vobis poterit, dic mihi, deesse boni?*

Boni nominis & ominis ergo  
adj.

**Elias Hojerus Eccl.**

Olnensis minister.

I.

Ad

Ampliss.<sup>mum</sup>, Consultiss.<sup>mum</sup>, Spectatiss.<sup>mum</sup>

VIRUM

**Dn. ZACHARIAM BAUDEMANNUM**

SENIOREM illustris liberæq; Reip. DRACOMONTANÆ

CONSULEM digniss.<sup>mum</sup> ob elegantulam & dulciculam NURUM

begavet tandem deniq; oblatam ωγοφώνια.

B

Omni-

**O**mnibus in rebus PLETAS est utilis; URBES,  
 CURIA, TEMPLA, FOCUS, sub PIETATE, nitet.  
 Hoc BAUDMANNE tui Nestor facunde THEATRI  
 Evolvit, CIVEIS dum regis officio.  
 Non ILLOS flectis gentili Lege DRACONIS;  
 Non SENECÆ ductu, non monitis TACITI;  
 Set cynosura tui SCEPTI SIRACIDIS artes;  
 Et SALOMONÆUM, quod probat Orbis, OPUS. [Gaspar Scioppius in  
 L. d. disid; Religion.  
 componend. censet;  
 non ex gentilibus: sed  
 ex ipsis sacris Auctori-  
 bus formanda consi-  
 lia.]  
**O** felix CIVIS, si CONSILIARIUS URBIS  
 Laudatos causis admovet ARTIFICES!  
 OPTUME set CONSUL, quæ præmia lauta reportas,  
 Quum sacrâ methodo subdita membra regis?  
 An RHOMBOS, CONCHYLIA fata LUCRINA refundunt?  
 An, quales mensis AFRICA donat, AVES?  
 An SCARUS adcrevit per fluctus missus EÖÖS;  
 Aut CHINÆ BEZAR, CORYCIUMq; CROCUM? [V. Myl. n. m. 747.  
 in hort. philof.]  
 Magna licet sint ista; tamen TIBI messis opima  
 Est BAUDMANNE magis CLARE parata SENEX.  
 An memorem? APPULII melior TEICHMANNA SABINA  
 PERNICIS PSYCHE, TEGq;, LARESq;, beat. [Vid. H. Ep. Od. 2.  
 n. m. 94.]  
 Hac NURUS adjiciet PLANTAS, PARVOSq; QUIRITES,  
 Ut vitam revehant post TUA FATA novam.  
 Hac malvas, lapatbum mensis adponet AVITIS,  
 Castaneas molleis fœnore multiplici.  
 Hac variis curis PANACEA resurget amica;  
 Hec pellet lentam pectore mœstitiem.  
 Ergo SENEX PRÆSTANS, tantò de munere grator:  
 Et TIBI commendo tempus in omne NURUM.  
 Nam superat GRAJAS HELENAS, LATIASq; CORINNAS  
 RELIGIONE, FIDE, LAUDE PUDICITIÆ.

II.

Ad

Virum amplissimum, autoritate, dignitate, prudentiâ  
 eruditione eminentem

Dn.

## Dn. GASPAR TEICHMANNUM

rerum civilium in inclutâ OLSENENSIVM Republicâ PRIMAM  
 TEM & CONSULEM, MUSARUM PATRONUM, SUSANNAM  
 FILIAM UNICAM, virtutum virginalium purpurâ con-  
 decoratissimam Numine propitiò elocantem *ἑδίασμα*.

**O** TEICHMANNE cati PHOSPHORE Seculi,  
 Causis in dubiis SCÆVOLANobilis,  
 Vires ingenii, mascula robora,  
 Mores egregios, corporis & decus,  
 Artis NESTOREAS, CALVISII sonos,  
 ORLANDI modulos, & GESII tonos,  
 STOBÆI genium, PRINCIPIS OLSNICI  
 Adspectum facilem, CURIÆ & AULICÆ  
 Sat blandos ZEPHYROS divite Conditor  
 In Te lance poli contulit hæctenus,  
 Ast MAJORA TIBI nunc pia NUMINA  
 Præmissis, precibus mota Domum vehunt  
 Insignem GENERUM dotibus aureæ  
 BAUDMANNUM THEMIDOS, MARTIS & artibus.  
 In terris variis HUNC voluit suum  
 Quævis esse caput, delictum, DEUM,  
 JUVNO mellifluò colloquiò gravis.  
 Set CONATVS erat vanus, & irrita  
 Ad mutandum animum tela CVPIDINIS.  
 Ut LAMPRETA DVCVM, PONTIFICVMq; cibus  
 Adparet; tennes respuit & casas:  
 Sic TEICHMANNE tuæ PISCIS amabilis  
 PISCINÆ superum munere jungitur

B 2

BAUD-

BAUDMANNUS *fluviis liber ab exteris*  
Lantos HORLA quidem pisciculos alit,  
Istis delicias adparat accolis;  
Set semen *supereft* nobilius TIBI  
Æquò consiliò CONSVL amabilis  
Si LUCINA tua casta SXSANNVLÆ  
Accurret facilis tempore congruò.  
Hec captura uehat splendida PISCIUM  
LIBRI cum PATRIA commoda, CONSVLAT  
Multis CONSVLIBVS deniq; CVRIÆ.  
Quid porro memorem? Copula FILIÆ  
Felix efficiat, CONSVL honos fori.  
Inter PIERIOS fama VIROS tua  
Vivat perpetuà laude. Novum tuum  
Sustentent Generum mitia NUMINA  
Annos NESTOREOS corde SUSANNULAM  
Ardenti placidam diligit, & regat.  
Istis conjugii deliciis novi  
Confectis seniò quid Genitoribus  
In vitâ misera dulcius accidat?

III.

*Ad consultiff. & Præstantiff.*

**Dn. ZACHARIAM BAUDEMANN.**

JUNIOREM DRACOMONTIUM JURIS UTRIUSQ;

CANDIDATUM longè dignissimum, Amicum palmarium

*datu. legv.*

Cui FORTVNA favet, SPONSAM deducit AMOENAM  
ad Sedes proprias, vulgus ut adstruit.

Sec.

Set BAUDMANNE TIBI melior sententia mentis;  
& MECUM SAPIENS colligis hoc modò;  
Cui DEVS & VIRGO favet, Is fit SPONSVS, & insit  
verbis mellifluis Tu mea THESTLIS.  
Exemplò BAUDMANNE tuò palmare THEMISTOS  
membrum Legiferæ res ea sat patet.  
PENELOPEM nostram nulli virtute secundam  
GNATAM legitimi CONSVLIS UNICAM  
Hactenus optârunt SIBI SPONSAM TROS TYRIUSQ;  
præmissâ methodò, quam DEUS ordinat;  
Set favor & nutus divinus deserit ISTOS;  
prudens consilium defluit irritum.  
Nunc verò vitam, fortunas credit, & artus  
en SUSANNA TIBI LIMNIAS UNICO;  
Et patulas sine vi portas TIBI pandit amoris  
dicendo MIHI TU CARVS es ÆSCHINVS.  
A Domino hoc factum, FORTVNA valetò; BENIGNA  
Optatam adsociant NUMINA CONJUGEM.  
Hoc meditare bonum vitam BAUDMANNE per omnem;  
& grates sine dic fine DEO tuo!  
Exq; manu carâ carum nunc suscipe donum,  
SUSANNAM reputa, quod tua sit SALVS;  
Non LALAGE est EA, non PHYLLIS, non picta NEBRA;  
Set SUSANNA nitens moribus aureis.  
Si monitum sequeris, benedictio lauta Penates  
è celò in proprios desuper influet.

B 3

LILIE-

IV.  
LILIETUM

*Moratisfima, lectisfima, florentisfimaq.*

VIRGINI

SUSANNÆ TEICHMANNIÆ,  
qvæ OLSENARUM THEANO,

SUSANNA LILIUM notat, Nobis ministrat albulum?  
BUXTORFII quod intimat ODORE nonnè spiritus  
Censura Doctioribus, fessos labore recreat,  
Et hinc SUSANNA LILIUM Renovatq; vires langvidas?  
TEICHMANNA verè diceris. Hinc FLOS SUSANNA VIR-  
CANDORE gratum LILIVM GINUM  
SUMMATA TIBUS cum RE- VIRTUTIBUS cum moribus  
GIBUS, Venustioribus nites;  
Qui GALLIAM custodiunt PATRIS SENIS cimelion,  
Armis & æquis Legibus: Cordisq; tutum pharmacon,  
Sic, SPONSA, CANDOR ad- Et virium solatium,  
probus Lepore permanes tuò;  
Animi tui per PRINCIPVM Radios tuæ FAME SOLUM  
AVLAS & OLSNICAS Do- EXTRANEUM pellucidos  
mos Laudat, trahens ad TE VI-  
Acceptus, & laudem parat, RUM,  
Adportat amplam gratiam, Qui mente totà diligit,  
Melior metallis qvæ TAGI. THEMIDOS sacrae mysteria,  
Quid LILIVM porrò BONI Quod est DEI benignitas,  
Pieta-

Pietatis acuberrimus  
Qvæstus TVÆ, qvā nobilis  
Es SPONSA plurimis modis.  
Gravibus medetur insuper  
Defectibus, langvoribus,  
Et vulnerum molestiis  
Virtute LILIVM abditā;  
Et balsamis: sic SAVCIO  
SPONSO SVSANNA sug-  
geres

Amoris amplā copiā,  
Ut vulnus omne corruat,  
Et sanitas repullulet,  
Medicamen adprobum ma-  
gis

ALKERMIO. Tandem vetus  
Niveum PVDORIS symbolū  
Juxta PATRVM sententiam  
Est LILIVM: sic permanes  
Casti SVSANNA pectoris  
Templum, quod ornat VIR-  
GINES

Melius liqore MVRICIS,  
Nullum TIBI commercium  
Cum PAMPHILÆ technē-  
matis,

Aut fraudibus GLYCERII,

Jocisq; LYDES subdolæ.  
Set nunc relinqvo copiam  
Laudum PŌETÆ nobili,  
OLORIBVS cedam levis  
ANSER; tamen TE fosculis  
Orno SVSANNAM vilibus  
Meis, paras ut foedera  
Thalami DEI nutu novā,  
PATRIÆ relinqvens moenia,  
Et osculum PARENTIVM,  
Nam FILII MEI comis  
Niveis piō DEMORTUI  
Studiō parabas LAVREAM  
Lacrumis amaris additis.  
Ob id genus facti fides,  
Animus meus, venæ labor  
Accurrat usibus tuis,  
Inserviat præconio  
Laudum, calordum ME fo-  
vet  
Vitalis, optans fibritus  
SVSANNA sis perennior  
Sociō TORI cum candidō  
ROSIS, Cedrōq; LILIō,  
Ut LILIETVM prodeat  
Roseas in auras, quod genas  
Matrum beabit osculis,  
Quod



Quod condiat molestias  
Si quas Torus produxerit.

*In ipsa festiuitate nuptiali meliore animo, quam  
calamo, ut Ἰδρυμα quaecunq; honoris, & a-  
moris, memoria relinquerem, & amplissimis  
Familiis de felicissima liberorum elocatione &  
coniunctione, qua vix centesimo quidem Patrum  
in his mundialibus turbis continget, ὀλοκαγδιῶς  
gratularer*

*exstructum  
ab*

*illustris Scholæ Wurten-  
bergico-Munsterbergicæ apud OLSENATES  
Rectore & Inspectore JOHAN. VIEBINGIO.*

*Pulchrum est, cum teneris aptantur Vitibus Ulmi,  
Palmes & in Vitem si crescat; fœnore largo,  
Hinc nobis tandem promanat dulce Falernum.  
Adprecor augurio Sponsis; TEICHMANNIA Vitis  
ULLMO junctâ ferax BALDMANO proferat Uvas  
Quas exinde legant per secula sera Nepotes.  
Ut sic clara magis Nuptorum fama nitescat.  
Horum ceu fulgent amplissima Nomina PATRUM,  
Civica qui gestant equo moderamine sceptrâ,  
CONSULIS officio, IHOVA sic dante, cluentes,  
Effectum Voto caelestis Vinitor addat;*

*Meti-*

*Mitibus adspiret Zephyris, ne vitis in Ulmo  
Arescat Tbalami, sed longum florida vivat.*

*Ita calidè vovet,*

*Jeremias Tierenberger /  
Senator, Notar, Provinc. &  
Oppidanus Olsnens.*

*\* \* \* \**

*So lebet nun beysamm in reiner liebes Brunst/  
In ungeferbter Treu/ Gott geb euch seine Gunst/  
Daß ihr mögt einen Sinn/ ein Herz ein gutt gewiessen  
Behalten ruhiglich/ so wird als dann wohl stieffen  
Der Weinstock newer Ey/ so wird der Ulmen Baum  
Den Stock beschatten recht vnd halten fest im Zaum.  
Die Frucht des Nebensaffts wirdt auch nicht aussen bleiben /  
Doch muß sie sein gepreßt/ eins muß das ander treiben /  
So man genießen viel der Trauben lieblichkeit /  
Vnd trincken gutten Wein mit Lust vnd fröligkeit.  
So pflegt dergleichen auch Ihr liebes Paar zusammen  
Des Weinstocks nehmet wahr/ Greiff zu mit beyden Armen/  
Dem Stock vnd Ulmen Baum gleich euch zusammen füge/  
Sucht/ druckt vnd preßt den Safft/ wo der verborgen liegt;  
Daß Ihr mögt dannenher erlangen gutte Gaben/  
Kinds Kinder Ich vorsteh/welch' euch in ehren haben/  
Vnd machen viel der Freude/ D Gott verleih mit Gnadt/  
In stiller Ruh/wann dann der Streit ein Ende hat.*

*Idem qui supra*

*J. T.*

*CHO-*


## Choliambus.

**T**EICHMANNE, MI TEICHMANNE Consul optime,  
 Patrone, multis prosequende honoribus:  
 Quibus modis nunc gaudium meum promam?  
 Aut quid Tuae Natæ precer SUSANNULÆ?  
 Quæ Virginum prima est: decus puellarum, &  
 Corona cunctarum: satis pudica, sat  
 Dotata quæ venit: typus bonæ Sponsæ;  
 Mentirier de qua veretur & fama:  
 Est symbolum cuius, probam piamq; esse.  
 Tam nobilis Conjux datur bono Viro:  
 Quæ non viis in publicis reperta, sed  
 Quæ desuper descendit, unde depluit  
 Donum omne perfectum, à Deo, Boni fonte.  
 DEUS torum fecundet ipse liberis  
 Quàm plurimis? Sponsis beata & optata  
 Quævis fluant: procul malum sit à Domo,  
 Circumvolet quam Pax, & Angelorum agmen.  
 Sic tutus ac munitus est maritus, &  
 Marita, nec quisquam nocebit improbus.

ita ὀλοκαρδίως νεογάμοις precatur

Caspar Steinbergerus

Illust. Scholæ Bernstadiensis  
 Rector.



An

## An die Jungfrau Braut.

**L**uphrosyne war nicht so einig ie gewesen  
 Mit ihrer Schwestern Chor; so wird auch nicht gelesen  
 Von Alio/ Nereus Lust/ daß sie mit Nere Deroe  
 Nereuslicher aclebt/ der Tochter grüner See/  
 Aufschönste Linnias/ du Weyland dich vertragen  
 Mit meiner Theodor. So das was zu behagen  
 Hat pflegen deinem Sinn/ das hat gefallen Ihr/  
 Was Ihr sich hat beliebt im gegentheil auch dir.  
 Es war in beyder Leib' ein Herz/ ein Sinn vnd denken.  
 Bis das Cytheren List versuchte sie zu lencken  
 Auf einen neuen Wahn. Doch biestest du bestehn  
 Auf deinem Sinn/ allein mit Nymphen umzugehn.  
 Wie wenn in tieffster See/ ob schon die heißen Wellen  
 Mit stürmen vnd Gerausch' auff eine Klippe bellen/  
 Sie doch steht unbewegt/ wie sehr auch Triton springt:  
 Wie stark auch Neolus vom Norden pfeift vnd klinget:  
 So wars mit dir bewand. Bis Phobus mit den Pferden  
 Nimmehr fast vmb vnd vmb den Kunden Kreyß der Erden  
 Gereset dreymaßl ist/ da fühlestu nu auch/  
 Das daß/ was Amor heist/ nicht sey ein blosser Rauch:  
 Vnd das nicht allein sey/was der Dictymn gegeben.  
 Wie Nymphen sind beliebt/ so fühlen sie nur eben/  
 Auf andre strenge Blutt; bedor wann sie die Nacht  
 Cytheren/ als wie du/ zuvor gering' eracht.  
 Bis hat das schöne Volk sehr oft bezugen müssen:  
 Ja deine Schwestern selbst inn Brunnen, See, vnd Flüßen  
 Die dir zu Lieb' vnd Ehen igt stellen Meyen an/  
 Vnd schreyen zu wiederstreit so gut ein ieder kan:  
 So lebe/ Schwester nun/ so lange Wild in Wäldern/  
 So lange Fisch' im Meer vnd Blumen auff den Feldern/  
 Auf Bergen Fichten stehn/ gesegnet vmb vnd an/  
 Du schönste Linnias mit deinem Baudemann.

Ad


Ad Dn. Sponsum.

**E**sto, puellari sint hæc minus obvia menti,  
Quæ VARUM prisco fuit rata sola choro.  
Scrupulos, Neonymphe, tamen Te solvere nodos,  
Quâ Pithûs polles voce trahace, decet.  
Ut de hinc nemo tuæ Te scitè ritèq; Sponsa  
Et dubia & Zonam dissoluisse neget.

*Ita jocosus memorem monens gratulatur*

Johannes Gebhardus

Gymn. Elif. Vrat. Coll.



**V**ota aliis PRÆSTANS jungo mea SPONSE, tibiq;  
Conjugium felix comprecor atq; Tuæ.  
Efficiunt quæcunq; toros, det JOVA, beatos,  
Det vitam, victum, pignora, pacis opes,  
Copulet idem animos vestros nec vincula amoris  
Solvat, quæ nullo sunt soluenda die.  
Quin potius castos ignes in corde latentes  
Nutriat, unde fiet par amor, una fides.  
Deniq; cum grassans mors pallida, pectora solvet  
Det vitæ saturis sic in amore mori.

*ita*

Sponsis novellis animitus vovet

ELIAS BEIER *n. t.*

*Olfn. Scholæ Collegæ,*

F I N I S.